



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Alphonsi Madriliensis De Vera Deo Apte Inserviendi methodo Libellvs Avreus

Alfonso <de Madrid>

Coloniae, 1608

De diuitijs bonarum cogitationum, & malorum miserijs. Cap. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48891](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48891)

*Nobilium
suo domi-
nio abu-
tentium
grauissi-
ma mal-
sta.*

tius dicenda est, quàm vita, cum ani-
mam suã turpibus corporis delitijs
captiuã habeat, mortuã, & innume-
ris sordibus vulneratam: cum etiam
ad illum consequatur, vt vbi ad bre-
ue tempus delitijs citò transeunti-
bus se oblectauerit, dominio quod
in terra habuit, priuandus sit: simili-
ter & hereditate magni illius coele-
stis dominijs, quòd obtinebunt ipsius
subditi: dum ipse efficietur perpe-
tuum dæmoniorum mancipium, v-
bi omnia ad viuum ab eo exigentur.
Sanè æquissimum est, vt is perpetuò
fiat huiusmodi tyranno cum dolore
subditus, qui cum magnum accepis-
set dominium, quo & se, & alios ex-
altaret, illo vsus est contra eius qui
tradiderat præceptum & voluntatē.

CAPVT X.

*Quod in bonis cogitationibus magna
sint opes, in malis autē grande malū.*

Quintum quod nobis consideran-
dum est, in quo in vitæ nostræ
processu occupari debemus, est, vt
animum recolligamus, & immo-
remur

remur in bonis cogitationibus ac desiderijs quæ occurrerint: quòd si nõ occurrerint, ea procuremus magna solertia. Contra verò, vt separemus, magnaque cum abominatione abijciamus mala ac vana desideria quæ passim occurrunt. Nam in quolibet horum agendo magnum Deo exhibebimus obsequium: sunt enim magna animæ opera etiam si ex nostra cæcitate ea parui æstimemus, cum in rei veritate etiam vnicū prauum desiderium, cui locum damus, sit dignum æterna morte: bonum verò gloriam promereatur nunquam finiendam. Porrò bonas cogitationes dicimus circa vniuersa quæ in hoc libro aut in alijs huiusmodi scripta sunt: prauas verò quęcunque circa peccata versantur, vt vitia ac fastus huius mundi.

Male cogitationes summa diligentia sunt reijciende.

Cuius boni vel mali cogitationes cause sint. Cogitationes bonæ & mali que sint.

CAPVT XI.

Quod assumi potest honesta aliqua recreatio in leuamen laborum nostræ fragilitatis corporeæ.

LAudant philosophi, nec reprehédunt theologi iucundas aliquas